

warim orkunde vnde merim bekentnisse vnsir ingesegil mit vnserm gutem wizzin vnde willen an dysen brif lazin hengin, der gegeben ist noch gotis geborte driczenhundert jar dar noch yn dem sechsvndeaczigestem jare an deme nestin suntage noch dem phingest tage.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten kleineren Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 697. 1386. 23. Juni.

Das Capitel ordnet die Vertheilungsweise gewisser Renten und Einkünfte.

In nom. dom. amen. Nos Nicolaus decanus, Nicolaus Monetarii archidiaconus Nisicensis, Ramfoldus de Polenczk, Reynhardus de Boyl canonici totumque capitulum ecclesiae Misnensis salutem in rerum omnium conditore. Ne ea quae inter vicarios et vicarias aliasque personas in ecclesia Misnensi disponuntur et ordinantur in oblivionem deveniant, scripturae solent testimonio perhennari. Proinde — volumus esse notum, quod de pecunia proveniente de censibus in Gorlicz, conversa ad dominum Johannem militem de Waldow pro quibusdam censibus sitis in villa Clanschewicz^{a)} et ad vicarias ut sequuntur ordinatis, primo vicarius et vicaria sanctissimae Mariae virginis circa sanctum Bennonem in ecclesia Misnensi obtinuit pro censu annuo decem et novem grossos et sex hallenses, item vicarius et vicaria sancti Jodoci obtinuit in censu annuo quinquaginta sex grossos et decem hallenses cum dimidio, item vicarius et vicaria sancti Basilii obtinuit pro censu annuo quatuordecim grossos et septem hallenses cum dimidio, item festum ascensionis domini obtinuit pro censu annuo undecim grossos et quatuor hallenses, item capitulum Misnense obtinuit in censu annuo decem et octo grossos et novem hallenses, item elemosyna communis pauperum in Misna obtinuit pro censu annuo tres sexagenas grossorum et viginti octo grossos cum decem et dimidio hallensi. Item eodem anno circa festum omnium sanctorum capitulum Misnense comparavit apud strennum Johannem de Stuchow octo et dimidium solidum grossorum cum oblegiis attinentibus in villis Panicz et Clanschewicz^{b)} de pecuniis communis elemosynae de reemptione in Gorlitz provenientius. Item circa octavas sanctorum Petri et Pauli domini Zcakanus bonae memoriae quondam canonicus et Michael nostrae ecclesiae vicarius de Gubin comparaverunt duas sexagenas annui census in villa Gospedicz districtus Misnensis pro eorum anniversariis peragendis. Item post hoc factum capitulum Misnense comparavit in praedicta villa Gospedicz circa nobiles dominos burgravios Misnenses quinque cum dimidia sexagena grossorum annui census de pecuniis communis elemosynae a civitate Gorlicz perceptis Michaelis et Walpurgis solvendi^{c)}. Et ne temporis successu oblivio quae est mater erroris interveniat, praesentes litteras nostri capituli sigillo minori duximus roborandas. Datum anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto in vigilia beati Johannis baptistae.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Secret des Capitels an einem Pergamentstreifen.

a) Vgl. No. 656. b) Vgl. No. 657. c) Vgl. No. 671.